



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

XIX. Qualis, & qualiter resurrexerit Iesvs?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

cateri. Heb. 7. *Hic enim quod maneat in aeternum, semper eternum habet Sacerdotium. Vnde & salvare in perpetuum potest, accedens per semetipsum ad Deum, semper viuens ad interpellandum pro nobis.* TALIS enim decebat, ut nobis esse Pontifex, Sanctus, innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus, & excelsior calis factus. &c. Ecce vere Medi⁹. Vnde & S. Aug. l. i. Trin. c. 7. *Christus in forma Dei, equalis Patri: in forma serui, Mediator est.* Idem l. i. Confes. c. 43. *Christus in quantum Homo, Mediator: in quantum Verbum, non est medius; quia aequalis Patri.*

II. HÆRESIARCH. Euyches, pres monastrii Constantinopoli predicabat anno 448. Ante fidem Unionem in Christo duxisse naturas: unam vere post unionem. Ecce Atius oiam Animam hominis, Apollinaris filium Corpus assumptum confusingebat. Euyches, maxime cum Diuinitate: ideoque & idiomatum secutam communicationem; ipsamque Diuinitatem passam, mortuum, &c. ac Mediaticem esse aq; ac Humanitatem Deificaram.

LUTHER ANOIS pariter ac CALVINISTAS eadem illa adstruere, tametsi alios aliter: Humanitatis quoque Deificationem Vbiquitarios præcipue pluribus supra quæsis est demonstratum. Quin & ipsam Diuinitatem esse Medicinam clamant. Vide in Luthero-cal. p. 1. q. 27. b. 4. & 69. & in meo Antichristo. p. 1. q. 16.

PAPISTA. Agite Luthero-caluinicolæ; quæro cum S. Cyrillo in Apologia pro XII. capitibus.

Si Deus Verbum est Sacerdos; cui, vel qualis Deus suum ministerium offerit? Respondet. *Quando factus est Homo, vocatus est Pontifex: non quod maiori Deo offerrei sacrificium; sed sibi ipso & Patri;* quæ homo, non quæ Deus. Aug. l. 2. de pec. orig. c. 28. *Inferior Patre; quia in forma serui: Superior nobis, quia sine labe peccati: ac id. o. Mediator est.*

NOTA I. Cum in Scripturis dicitur *DEVS nos reconciliare per Chrysostum; Pacificare per Sanguinem eius; Exhortari per suos:*

non ideo Diuinitas est Mediatrix: quia si quis perfidum sibi reconciliat inimicum, non est Mediator; quod non sit inter duos mediis, sed alter. Itaque omnis Mediator est Reconciliator; non contraria.

2. Similiter Renouare corda, dare Sp. Sanctum; meritorie, solius Mediatrix est: At gratuité, Dei est.

3. Quod autem Caluinus epist. ad Polonois ait, Christum dici Caput Angelorum & hominum ante lapsum, quæ Mediactor est; id singit cum Ario, Dei Filium faciente Ministrum Patris.

Quia, quæ Deus, tunc erat Caput Angelorum: postea vero etiam, quæ homo, factus est Caput vtriusque Ecclesiæ, Militantis æque ac Triumphantis universæ; & sic perennat.

QVÆSTIO XIX.

*Qualis, & qualiter resurrexit
IESVS?*

HÆRESIARCH. I. Saducei, ab Sacerdote Sadoch orti, teste Iosepho lib. 18 c. 2. & Epiph. lib. 1. Panar. c. 14. dicebāt, *Non esse resurrectionem mortuorum, neque Angelum, neque Spiritum, Animasque simul cum corporibus extingui.*

2. BASILIDES Alexandrinus, anno 110. Negavit Christi crucifixionem & resurrectionem; quid Simon Cyrenaus fuisse in Christum transformatus ac affixus cruci: item, involuntaria & ignorantia tantum peccata: non omnia, dimitti: Salutem corpori promisam soli; Fidemque naturalem esse.

3. VALENTINVS, anno 142. §. 9. & Cerdon, anno 146. Seueriani anno 171. §. 9. demum Originistæ anno 393. §. 2. cundem innovatum errorem propagarunt negotes corporum resurrectionem. Vide Bzou, annis adnotatis.

LUTHER ANI, I. Vbiquistæ solum volunt aparet exiſſi ſepulcro, qui inuifibiliter ubiq; exiſtebat.

Z 3 z. Cx.



2. Cateri fabulantur, quod dicitur *Caro Christi seipsum excitauit*. Et Petri, quam Christi, pene mirabiliter esse resurrectionem; certe discrimen nullum.

3. CALVINVS negat, quod seipsum Christus in vitam reuocauit; Patri interuenire operam oportuit.

4. MARTYR: Angeli indigebant auxilio, qui lapidem remoueret. &c. Vide meum Lutherocal. p. i. q. 66. Et Antichristum q. 17.

PAPISTA. Quatuor hic in quaestione vocari videntur: An, Qualis, Quantus, Quare resurrexit IESVS?

1. An? Luc. vlt. Oportebat Christum pati & resurgere a mortuis.

1. Ob iustitiam Dei, ut qui humiliatur a te exaltaret eum.

2. Ob Fidem. 1. Cor. 15. Si Christus non resurrexit, inanis est praedication nostra, inanis est & fides vestra.

3. Ob spem. Job. 19. Scio, quod Redemptor meus vivit.

4. Ob mores Rom. 6. Quomodo Christus resurrexit per gloriam Patris; ita & nos in nouitate vita ambulemus.

5. Ob salutem nostram. Rom. 4. Traditus est propter delicta nostra; & resurrexit propter iustificationem nostram. Ista D. Th. 3. q. 53. a. 1. Itaque 1. Cor. 15. Christus surrexit a mortuis, primitio & dormientium: Gloria: Quia prius tempore & dignitate surrexit.

Et quidem ibid. art. 4. Sibi ipse causa resurrectionis fuit, idque per virtutem unitate Diuinitatis cum Corpore & Animā. Hinc 2. Cor. vlt. Et crucifixus est ex infirmitate nostra. Sed vivit ex Virtute Dei.

2. QVALLIS? Respondet D. Th. 3. q. 54. a. 1. Vero cum Corpore. Quia vera, & non apparentia solum, fuit resurrectio. Vnde existimantibus esse spiritum videre, dixit. Luc. vlt. Palpate, & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis.

habere: quod ad omnem spiritus natum paret spiritale, & glorificatum, in omnem locum, figuramque sequax; prout spiritus voluerit. Item art. 3. Idem quoque gloriosum surrexit ita, sicut Phil. 3. Reformabit corpus humilitatis nostrae configurationem corpori claritatis sue.

Idem surrexit, art. 4. Integrum ad perfectissimam naturae humanae integritatem; ut Necessarium quoque sanguinem profusum, (etsi non item Nutrimentalem omnem) resumplerit totum: ut quicunque Diuinitas inseparabiliter manserit hypostaticè adunita.

3. QVATENVS resurrectionem manifestauit D. Th. 3. q. 55. ex Act. 10. Dedit eum manifestum fieri Non Omnipotens, sed Testibus praordinationis à Deo. Idque Act. 1. Per XL dies in multis argumentis, quens de regno Dei.

Quod dicere possent, 1. Ioan. 1. Quod vidimus, & audiuimus, & manus nostras certaverant; hoc testamur.

4. QVARE? Ad resurrectionem nostram. &c. Vide Dju. Thom. 3. questiones 56.

CADVT sua Membra sequuntur; CHRISTVS Beati. De hisce igitur porrò disquiramus, ordinem ipsius poscente Ecclesia Triumphantis.

V. DE CVLTV SANCTORVM.

QVÆSTIO XX.

An Sancti in cælis degant cum Christo habent? Et unde censemantur beati?

I. HÆ

